

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 38. Monita Sanctorum, illustriumque Doctorum, circa  
Communionem, ejusque frequentiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

sibi decernendum paret, illudque omnino provideat, ut nemo à sacro convivio, seu frequenter, seu quotidie accesserit, per se & absolutè loquendo repellatur, & nibilominus det operam, ut uniusquamque dignè, non pro solo gratiæ statu, sed pro devotionis & preparationis modo, rarius aut cerebris Dominici corporis suavitatem degustet. Ibidem Unde patet 1<sup>o</sup>. præcipuum hujus Decreti scopus sic fuisse preparationis curam, ut pro mensura puritatis mentis, & incrementi devotionis, & fervoris spiritus, & fructus, quem personæ ipsæ ex usu Sacramenti experientur, major vel minor frequenter sit ipsiæ à Pafforibus & Confessariis determinanda.

469 Patet 2<sup>o</sup>. allato Ecclesiæ Decreto consonam non esse propositionem, qua dicit, ad frequentem & quotidianam Communionem in quocumque sufficiere, quod caret conscientia peccati mortalis. Cùm Decretem id satis insinuat, dum vult à Confessariis attendi, non solum immunitatem à peccato mortali, sed conscientiam puritatem, & frequentie fructum, & ad pietatem processum, devotionisque & preparationis modum, usque adeo, ut addat, quod ipsam *Moniales*, quotidie sacram Communionem petentes, admoneantur erunt, ut in diebus ex eorum Ordinis instituto prestitis communicent, illasque solas censeri dignas quotidiana Communione, qua puritate mentis entitent, & fervore spiritus valde incalcentur: *Si quæ verò puritate mentis enteant, & servore spiritus ita incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis à Superioribus permittatur.* Et ut magis ostendat scopus suum principalem esse preparationis curam, præter Parochorum & Confessoriorum diligentiam, opera quoque Concionatorum utendum hortatur, ut cum fideles ad sanctissimum Sacramenti frequentiant (quod facere debent) accenderent, basim de magna ad illud sumendum preparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos qui ad frequentiores, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive laici negotiatores sint, sive conjugati, sive quicunque alii, suam agnoscere infirmatorem, ut dignitate Sacramentum, ac divini iudicii formidine discant celestem mensam, in qua Christus est, reverenter & si guardando se minus paratos senserint, ab ea abstineare, SE QUÆ AD MAJOREM PRÆPARATIONEM ACCINGERE. Episcopi vero, in quorum Diœcesisibus viget hujusmodi devozione erga sanctissimum Sacramentum... eam ipsis, adhibito prudentia & judicio temperamento, diligere debent, & ab eorum officiis populari fibi maximè persuadebunt, nulli labore aut diligentia parendum, ut omnis irreverentia, & scandali suscipio in veri & immaculati Agni perceptione tollatur, VIRTUTES AC DONA IN SUMENTIBUS AUGEANTUR. Quid abunde contingit, si it qui... se sacratissimo pane frequentius refici capiant... Se probare cum timore & charitatibus ajuverint, &c. Haec tamen Decretum: ex quo

470 Patet 3<sup>o</sup>. Ecclesiæ sensu consonas non esse propositiones à n. 423. ad. 433, recentitas, in coquè principio à suis Authoribus fundatas, quod ad Communionem, etiam frequentem, solus gratiæ statu sufficiat, nec alia devozione aut preparatio requirantur. Cujus oppolitum constat ex dictis n. praecedenti.

Patet 4<sup>o</sup>. Missionariorum illorum zelum non esse prudentia & judicio temperatum, qui (ut notus Lumenarius refert observ. 14. ad propolit. damnat. n. 480.) curam orationem sui laboris, & quasi sua glorie, & felicis existi qualiter in eponant, ut in oppidis Communionem quotidianam, & frequentiam Sacramentorum inducant... Putant enim magnum suarum concionaria fructum, si in oppidis

centum secorum, totidem Communiones quotidiana instituerint, ita ut inducant ad quotidie communianum usus fortis & infime feminas, v.g. lotrices, licet postea tota die, cum viciniis, ad flumen, ad fontem, ad furnum rixaturae sint. Inducunt mechanicorum officiorum famulos, licet tota deinceps die tempus in sociis, otiositatisibus, & cantilenis profanis insumptri sint. Inducuntque alios, in loco foriarum, & temporis virtutis prodigos. Et eo hac omnia praetexta, & principio nixi, quod ad quotidie communicandum sufficit, nec ultra requiritur, quam non habere conscientiam peccati mortali, nec proinde oblitus simpliciter cantiones ille profane, nec illæ continuata rixa, utpote non mortales.

Patet 5<sup>o</sup>. majorem in sapientiæ, quam in ratiis 471 communicante virtutem preparationemque requiri. Nam, ut sapienter idem Lumenarius n. 505. observat, se infinitas in strictiorem familiaritatem cum Rege Regum; ex eo proinde capit ad maiorem tenetur gratitudinem, reverentiam, charitatem, devotionem. Et sicut necesse est Communionem ab aliis rerum perceptione, ita & frequentem Communionem à rariori secernere. Unde S. Franciscus Salesius l. 2. epist. ad primariam feminam scribit, non probari sibi, quod filiam suam decimo-quinto quoque die ad sacram mensam accedere finit, nisi non solum ardenti sanctissime Communionis studio tecatur, sed & a levioribus illius etatis virtutis diligenter se expurgare studeat: *Nolim (inquit) filiam tuam ad frequentem ad Communione adducas, nisi ante quid sit Communio frequens, redde perpendere noverit.* Aliud est Communionem ab aliis rerum perceptione: aliud frequentem Communionem à rariori Communione secernere. Si tenella illa anima satis perspicit ad hoc mysterium crebreis adendum magnâ mentis puritatem, magnâque flagrantia opus esse, si eam emittatur, si eam ornare studeat, tum vero sapientiæ, hoc est decimo-quinto quoque die, ad illud admissum afferent. Si Communionis tantum percipienda, non levissim puerilis etatis macularum eluandorum studio tenetur, confiteri eam octavo quoque die, & mensura tantum Communioni uti, commodius enierit. Sacra Communion, charissima filia, summo, ut mihi quidem videtur, ad perfectionem comparandam adjungit est. Sed eam à nobis ita adiri oportet, ut quicquid Deo, quem recipere volumus, displicet, evellendi atque amovendi studium acce diliens efferaamus. Et ab eodem Salesio, necnon ab Alfonso Rodriguez sunimo in prelio habitus Avila 1. p. epist. 64. cuidam animarum Directori scribens, *Noli (inquit) sinere eos ad Dei mensam accedere, quoties capiunt. Multi enim animi levitatem potius, quam intimo pietatis ac veneracionis sensu Eucharistiam aduent. Unde accidit ut ex ea nibil fructus capiant (nota pro confirmatione dictorum cap. 33.) nec meliores efficiantur.* Quod quidem dannum anime permagnum est, & quoad fieri potest summopere vitandum. Fac ut myheris hujus sublimitati profunda ac religiosa animi delectione & substernant. Quid si quem fecis se habere persperxeris, argue illum, calisperque panem ei subtrahere, quod illum vehementer concupiscat, sequere eo iniquum fateatur,

## CAPUT XXXVIII.

*Monita Sanctorum, illustrissimumque Doctorum, circa Communionem, ejusque frequentiam.*

Pater Dionysium cap. 36. relatum Justinus 473 Martyr Apolog. 2. monerit, illos solum fidèles Eucharistia fieri debere particeps, qui conscientiam Christi preceptionibus vitam agunt. Basilicus l. 1. de Bapt. Peccato, mundo ac sibi mor. 474

## De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

139

*tuum esse oportet, viventem autem Deo in Christo Iesu  
Domino nostro, qui Eucharistiam mereatur accipere.*

Chrysostomus (præter dicta n. 447.) hom. 47.  
in epist. ad Hebr. monet illos folios ac celestiem  
mensam idoneos esse, qui cum munda conscientia,  
cum mundo corde, cum vita qua nulli affinis  
est reprehensioni accedunt, vox sanctorum modi. Item  
per accedunt; qui nos sunt eum socii, nec semel quidem.  
Et ibidem homil. 7. illud tolemintur inter  
Missaclum solemnum à Diacono declamantem solitum  
sanctæ sanctis explanans, vox illa (inquit) in no-  
stras aures incurrens, alios quidem repellit et ejicit;  
alios autem introduct et fixat. Nam quando dicit:  
Sancta sanctus, hoc dicit: si quis non est sanctus, non  
accedit: Non solum, inquit, a peccatis purus, non  
solum conscientiam non habens mortalis peccati,  
sed etiam sanctus. Sanctum enim non facit solum  
liberatio a peccatis, sed etiam præsentia Spiritus,  
et honorum operum abundantia.

475 Ambrofius lib. 5. de Sacram. c. 3. Accipe quoti-  
die, quod quotidie tibi proficit: sic vivi, ut quoti-  
die merearis accipere. Et ferm. Dom. 4. Advent.  
Miser vitam, qui vult accipere vitam. Nam si non  
miser vitam, ad judicium accipiet vitam, et ma-  
gis ea ipsa corrumpitur, quam sanetur, magis oe-  
cidatur, quam vivificatur.

476 Augustinus tr. 26 in Joan. Norunt fideles corpus  
Christi, si corpus Christi non negligant esse. Fiant  
corpus Christi, si volunt vivere de spiritu Christi.  
De spiritu Christi non vivit, nisi corpus Christi.  
O Sacramentum pietatis! O signum unitatis! O  
vinculum charitatis! Qui vult vivere, habet ubi  
vivat, habet unde vivat. Accedit, incor-  
poratur, ut vivificatur... Non sibi putre membrum,  
quod resecari mereatur. Non sit disformat, de quo  
erubescatur. Sit pulchrum, sit aptum, sit sannum.  
Habeat corpori, vivat Deo deo, nunc laboret  
in terra, ut posset regnet in celo... Christi Sacra-  
menta, aliquis non dignè sumit, nisi qui mandus est,  
de quibus dicitur: Beati mundo corde, quoniam  
ipsi Deum videbunt.

477 Genadius de Eccles. dogmat. c. 53. Quotidie  
Eucharistiam accipere, nec laudo, nec reprehendo.  
Omnibus tamen Dominicis diebus communicandum  
suadeo et hortor; si tamen mens sine affectu pec-  
candi fuerit. Nam habentem adhuc voluntatem  
peccandi, gravari magis deo Eucharistie percep-  
tione, quam purificari.... Hoc de illo dico, quem  
capitalia et mortalia peccata non gravant.

478 Bernardus ferm. de B. Magdalena requirit in-  
terstitii morositatem inter sacrificium cordis con-  
tributat, & sacrificium laudis per participationem  
Eucharistie, ad id applicans explicationem dupli-  
cis unguenti, quo Maria unxit pedes Jesu. Neque  
enim statim aquæ pedes unxit unguento cordis  
contributati, statim aliud unguentum sacrificii  
laudo effudit super caput recumbentes: Interstissi  
(inquit) morositas inter pedes debet esse et caput.  
Quia profectio difficultissimus, et presumptus sal-  
tuus est vestigii ad verticem Domini transvolare.  
Neque enim eadem que unxit pedes, statim unxit  
et caput: cum illa meretriz nihil horum fecisse le-  
gatur. Secundum illud: verte impios. Et non erunt.  
Unxit ergo Maria sanctum Dominum verticem, pro-  
fesso jam electa, jam familiaris effecta, longeque  
a peccatis illius obvoluta vestigia, quam infe-  
tix ille septenarius confundebat.

479 S. Thomas 3. p. 9. 80. a. 10. In sumente hoc  
Sacramentum requiritur, ut cum magna devotione  
et reverentia ad hoc Sacramentum accedat. Unde  
qua multitudines in pluribus hominibus multa impe-  
dimenta bujus devotionis occurserunt, propter corpo-  
ris indispositionem vel anima; non est utile omni-  
bus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum ac-  
cedere. Quod autem sine magna devotione et re-  
verentia nemo debeat ad hoc Sacramentum ac-  
cedere, ipsa tremenda Majestas Domini in hoc  
Sacramento se tam amoroſe & dignanter com-  
municantis ostendit. Si enim Exodi 3. Moyes  
prohibitus est accedere ad Dominum, sub figura  
rubi ardenti apparentem, nisi cum reverentia  
magna, solutisque calceamentis affectionem ter-  
renarum: Non approbes huc, solve calceamenta de  
pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta  
est: multo magis Christianus prohibetur accedere  
ad Dominum, in veritate se communicantem,  
sine magna reverentia & affectione affectionum  
terrenarum, &c. maximè cum Apostolorum affec-  
tus adherens vel ipsi humanitati Christi fuit ip-  
sis obex receptionis Spiritus sancti, juxta illud  
Joan. 16. Si non abierto, Paracletus non veniet ad  
vos. Apolloli (ait Bernardus ferm. 3. de Ascen.)  
ad huc carni Dominicæ inherentes.... Spiritu san-  
cto repleti nequivierunt.

S. Bonaventura de profectu Religios. c. 77. Si 48

aliquis desiderat experiri, utrum sit melius, sepius  
aut rariis corporis Christi facultate Sacramentum  
videtur militi, quod non possit super hoc omnibus  
dari regula uniformis. Varia sunt hominum me-  
rita, & diversa operum studia, & differentia de-  
sideria, et multiplices Spiritus sancti operationes in  
singulis, et diversi etiam status in Religione. Es-  
t idem sicut egrotantibus non potest una forma fer-  
ri in dandis medicinis corporis, propter diversita-  
tem complexionum, aut loci, aut temporis, aut die-  
te, aut aliarum considerationum, pro quibus aut ra-  
rius, aut sapienter, aut majori, aut minori quanti-  
tate eadem medicina datur. Ita et de medicina  
spirituali, que est corpus Christi, est intelligendum.  
Mundanus enim curis occupati rariis possunt se ad  
illud recipiendum expedire, quam illi qui tantum  
spiritualibus studiis sunt intenti: et alii magis, alii  
minus sunt circumspecti in custodia vite sue, et  
morum, et conscientia sua puritate. Alii etiam  
ardensiderio desiderio trahuntur ad illius salutari ci-  
bis perceptionem. Alii vero quodammodo terren-  
tur, cum debent accedere: et nisi conscientia ur-  
geret, et conjectu Religionis induceret, vel timo-  
rard accederent ad illud mirificum Sacramentum.  
Vix tamen aliquis ita religiosus esse videtur et  
sanctius, exceptis Sacerdotibus, quin semel in sep-  
timana sufficiat ei ex conjectudine communicare.  
Nisi specialis causa quandoque vel ratio plus suadet,  
infirmitas superveniens, vel singulariter se-  
favit solennis, vel insitatae devotionis fervor,  
et intertempora desiderii sitis sit pro illius suscep-  
tione, quo solito sufficiat anima ardorem  
refrigerare. Et quia talis ardoris impetus non nisi  
a Spiritu sancto, ut creditur, infunditur; ideo legi-  
bus humana consuetudini, et statuti mortalium  
non arctatur.

Et infra: Circa Sacerdotes potest hoc forma se-  
neri, ut nec nimis raro, nec nimis continuè cele-  
brare, vel imprætermis sacram hostiam studeant  
immolare. Nimis enim continuè celebrare, aliquam  
videtur notare irreverentiam; cum vix aliquis  
tam devotus sit, qui semper eadem devotione fer-  
vat, quia semper cum debita reverentia illud fa-  
ciat. Et cordis ardore, quin aliquando reperias  
quantulamcumque, quod cum impedit. Nimis  
etiam raro celebrare, quoniam ex reverentia so-  
leat fieri et humilitate; tamen quandoque torpo-  
rem nutrit, quia minus circumspicitur et bono in  
omnibus, quasi non indigere videatur sui custodiæ,  
cum non proponit accedere ad meniam Christi. Ha-  
mititas etiam non est aequaque secura, quod dñe  
se subtrahat. Quia sicut non est dignus sapientia  
Christi percipere, sic nec semel. Ideo cum non reci-  
pimus, quasi qui digni sumus; sed ut illo noi sapie-  
vistante, et habitaculum cordis et corporis nostri  
subintrantere, magis ac magis digni efficiamur.

§ 2

Tom. III.

482 Et in q. dist. 12. p. 2. a. 1. q. 2. Si queritur, utrum expediat alicui frequentare Communionem? dicendum, quod si se videat esse in statu Ecclesie primitivae, laudandum est quidam communicare. Si autem in statu Ecclesie finalis, utpote frigidum, & tardum, laudandum est quia raro. Si autem in medio statu, medio modo debet habere, & aliquid debet cessare, ut addicat reveri: aliquando accedere, ut inflammetur amore. Quia tali baptisi debetur honor, debetur & amor. Et tunc secundum illam partem, quia viderit se magis proficere, ad illam magis declinet, quid homo solum experientia dicit. Omnes ergo rationes (pro frequenti vel quotidiana Communione adduci solite) intelligentia salva debita preparatio, que est in paucissimis ut semper.

483 5. Bernardinus Senensis de preparat Sacram. to. 4. Talis questio (ait ex Alexandro de Alex.) de frequentatione Sacramenti, sive Communionis, determinanda est, habita consideratione ad fidem & devotionem accidentis. Quia quia in paucis sufficiens est ad frequentiorem Communionem, S. Thomas Villanova Ierim. de SS. Sacram. statuit sufficere octuagiam. Quam etiam S. Ignatius, Societatis Fundator, Clericis non Sacerdotibus sufficere statuit, ut videre sit in Constitutionibus Societatis, in quarum p. 4. c. 4. §. lit. B. adiutor, quod frequentius quam octavo quoque die communicare, non nisi peculiares ob causas, & potius ne efficiat, quam devotionis habita ratione permittatur. Sancta quoque Theresia suarum Condit. p. 1. c. 37. §. 4. Sororibus Communionem solum permitit singulis Dominicis ac Festis Christi, B. Virginis, S. Alberti, S. Joseph, & Patroni.

484 6. Franciscus Saleicus introd. p. 2. c. 20. Quotidie Eucharistiam percipere nec laudo, nec reprehendo. Omnibus tamen Dominicis communicandum statuto, non quibuscumque, sed dispositis ut sequitur: si tamen mens sine affectu peccandi fuerit. Usor ipsi B. Augustini verbis (teu ponit. Gennadii de Ecclesi. cogin.) quem sequens, quotidiam Communionem omnino nec laudo, nec viciero. Ascertum (Philothea Argentinum (iub. cuius nomine illa tentativa vocata circumferrit) vehementer statuere, atque horari, ut die quoquo Domingo Eucharistia percipiantur. Hoc ergo, quod poteris, facio. Sed quia lege & conditione? sequitur: Cum enim tu ab omni tum mortali, tum veniali peccato studio ac voluntate alienam existimes, eam plane, quam requirit Augustinus (audis?) animi afflictionem & preparationem es apta. Et in fine capituli: Ut quis octavo quoque die Eucharistia percipiat, ab omni tum mortali peccato studio, ab omni peccatorum venialium studi ac voluntate immunem est; ac proterea facias Eucharistia vehementer deficerio flagrare oportet. Alia ex eodem Saleio habes iupr. n. 472. ex epist. 38. lib. 2. ubi Communionem singulis quindenis nimis frequentem dicit pro iis qui flagram deficerio solum habent ad Communionem, non ad imperfectionum fuitum mortificationem. Et epist. 39. docet peccata venia justam Confessario causam esse posse minuendi frequentiam Communionum. Scribens namque ad nobilium spectantes virtutis formam: Quid Confessario (inquit) morem gesisti, recte ac prudente a te factum est, sive tibi crebrioris Communionis solutum risuerit, ut tui periculum fauere, sive quod impatientie frangenda sonandaque non satis studebas. Imo vero utramque ob causam id ab illo factum, sibique ea in paucitate quoad sufficerit, perstandum esse exiguum. Nihil enim ab eo nisi perfecte & sapienter facta statuere debet. Quid si modice, ac demissi obediens, uberiori tibi & fructuosis vel una Communione fuerit, quam dux, troye, alia mente suscepit. Numquam enim salubrior cibus est, quam cibus ab excisato &

ejusiente percipitur. Intervallo autem esuries atque appetitus crescat, comprimende vero impatientie exercitatione stomachi spiritualis vis ac firmitas redintegrabitur.

Avila 1. p. epist. 64. post verba n. 472. relata 485 subiungit: Vulgus fidelium ter quartu[m] per annum. Alio novies aut decies. Religiosos decimo-quinto die Communionem percipere satis fuerit. Conuges tertii quaque hebdomad[em], vel singulis mensibus dem praestare commode poterunt. In quibus autem extimum quendam Dei zelum atque amorem sic ferre perspexeris, ut eorum in vita sanctitate incrementum atque progressus quasi ad oculum patet, in octavo quoque die faciat Communionem usci licet. Hec enim B. Augustini (Gennadii) sententia est: Communione crebris indulgenda minime est, nisi forte aliud videatur statuere, aut famis ardentior, aut reverentia insignior, aut necessitas manus, & prout se quis quidem animadvertenda in nonnullis, & prudenter gubernanda sunt. Rursum autem eorum genus existit, quibus scipiatis quam octavo quoque die Communionem adire conveniat. Hinc D. Bonaventura testatur, ex omnibus quos noto habuerit, cui frequentior expediret Communionem, se prius reperire neminem. B. Franciscus Paduanus initio ter quartu[m] per annum ad Confessio[n]em & Communionem accedebat. Postmodum in vita integrata ac ambitute proficiens, idem singulis diebus Dominicus faciliter. Qui vero celestis illo pabulo dignatus fuerit, in tanti beneficio memoriam, opere aigue officio aliquo Christi liberalitatem remunerari debet, vel aliqua animi labo quidam deterga, vel alia opera quaquam, que cuique Communioni quasi vicem rependere videatur.

Et epist. 65. Multorum errant, qui solam Communionem capitularem, a consuetudine potius quam a ratione veriore natura, pro idonea ad Eucharistiam preparatione habent. Quid si præterea, dum Christi corpus accipiunt, lacrymula resiliunt, magis per se professa arbitrantur. Verum eo falluntur, quod Communionis fructus, quem nullum capiant, non satis attendant, neque intelligunt, unicum proba Communionis signum, anima profectum esse, atque ad priorem progressu[n]t, quam si affiguntur, recte ad Eucharistiam ieiuniis recurunt: si minus, ab ea debent abcedere. Communionem in iusti, quanti periculis sit, ignem avinum sua colligentem non incalceare, pane calenti recentem ejus juuvante non imbuere, presenti summa medicina uteniam in summa nihilominus aggradiuntur jaceere. Eripit illis cibus, tamquam inertibus, & ignoratis, ut tanti boni penuria misera se agnoscentes pluri illud faciant, sibique laboris aliquid. & Iudicis subiungendum intelligent, quo ad sacras operas sanitatis se præparant; culpas, in quas identiter incurunt, acris ulciscantur, earum medicinam arditi appetant, orationi ac bonis operibus toto pede intent, ut ita instruti ac prædicti, cum interiori esurie ad calorem paucem edendum properent: hic enim cibus, ut ait Augustinus, interioris hominis sancom portat: cum gelisci vita cele-

486 66. Frequentem esse istic Communionis usum accepti, atque alicubi frequentiorem quam velim; est nihil me magis delectet, ubi recte atque ordine sit. Natus sum, qui, cum ignavi et deinde, neque de salutis progressu admodum sollicitus, eo tamen tenerentur errore, ut probè se Communione defungi arbitrarentur, si id ipsum sepius facerent, atque interea aliquo pietatis sapore caperant, qui brevis & fluxus nihil veri fructus & incrementi virtutis offerret. Nam & illi spicere nuncius pietatis sapor paulatim evanescit, coqueres redit, ut nihil amplius ex sacra Eucharistia sequantur, quam si illam omnino non attigerint. Hoc vero detrimentum frequentior quam pars est consumi mysterii nusus importat: cum gelisci vita cele-

## De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

141

*sit cibo minus est digna. Itaque monitum te velim, ne cuius promiscue sacratissimi panis edendi potest statim facias; sed si illam sapienter largiri velis, minime quique animam diligenter explores. Nolim ulli sapientia quam octavo quoque die porrigit, quemadmodum iudicet Augustinus, nisi foris quis tanto alimento prater alias egeat, aut tantâ illius appetentiâ & fane teneatur, ut tante cupiditate res tantoperè concupita vix sine iniuria denegari posse videatur. Reliquo decimo-quinto quoque die, vel mense, cibo illi pacendi, monendique, ut si hoc convivio delectantur, aliquo pretio ac symbolo sibi redimendum meminerint, adducendi ad corrigitenda vita studium; accuratius denique docendi, si languori & defidia se dedant, minimè committendam, ut panem atredcent, iis solis divinitus comparatum, qui in cupiditatibus expagnandi, domandoque animo, acriter & studiose laborent. Ad utrumque enim panem referendum illud Apostoli: qui non vnde operari, non manducet, ne scilicet gratis panem comedit. Cuinam verò, sine labore, ac dimicione, pane hoc sanctissimo ansitam pascere concessum est?*

488 *Cardinalis Cajetanus 3. p. q. 80. a. 10. Circa quotidianam celebrationem nota Augustini (dicere debuit Ambroxi) verbum: sic vivit; ut quotidie merearis accipere. Quoniam per sic vivere, intelligendum est, spiritualem vitam sic vivere, ut quondam Communione semper angescatur. Alioquin non sic vivitur, ut quotidie mereamur accipere. Nam qui quotidie mereatur accipere, debet quotidie sic esse dispositus, ut fractum Eucharistie (tam frequentis) percipiat. Fractus autem spiritualis hujus cibâ non est solus actualis refectio; sed augmentum gracie. Quoniam per totum tempus praesentis vita sumus in statu augmenti. Propter quod crebro vel quotidianis celebrantes discuntur in scipis fractum præteritis celebrationis, & secundum prospectum vel defectum, prosequantur, vel à prosecutione deficiunt. Qui verò multis celebratis peractis ad ultus virtutum non melius se habet quam ante, parum aut nihil proficit.*

489 *Ludovicus Granatenensis conc. 2. in festo corporis Christi: postquam fideles ad frequentiorem hujus Sacramenti uolum cum magna animi puritate & aviditate practicandum adhortatus est: Cùm enim (inquit) ex Catholica fidei doctrina certè sciamus, innumerous esse huius divini Sacramenti effectus, atque virtutes, quibus animalium salus constituitur: nō ille esse constat, quod magis ad hanc saecularem remendam & conservandam expediat, quam ad illud puro & religioso corde frequenter accedere. Verè enim ut corpora cibo, ita mentes nostræ hâc cœlesti aimatione vivunt; nec modo vivunt, sed omnino etiam virtutum & gratiarum opibus in dies augentur & cumulantur. Addit tamen: Fratres, nemo credit, me ita ad frequentiorem hujus Sacramenti sumptum adhibetur, ut non etiam illas perrefracientem portem, qui ad illud minus prius & religiosus accedunt, five illi Sacerdotes sint, five non sint. Video enim esse nonsulli, qui partim ex præcripta legum suarum necessitate, partim ex sola conuentu... ad illud frequenter accedunt. Ut quidam ergo excitandi sunt, ne inmodico timore correpti ab hac sacra mensa recedant; ita aliis perrefracientem, ne indigneantur.*

*Et conc. 1. Non ita fideles ad frequentiorem hujus Sacramenti usum adhibentur, ut non etiam illos officios sui adhucemans, hoc est quâ cordis & corporis puritate ad illud accedere debant. Meminisse enim oportet scriptum esse: "domum tuam decet sanctificare." Et: "iustitia & judicium preparatio sedis tuae." His itaque iustitiae opibus domus ac sedes Dei ornanda est, & omnes ab ea visitiorum seruas eludente, quo digram illi habitaculum prebeat.*

*Et conc. 4. Quotidianam hujus Sacramenti per-*

*ceptionem... cum D. Augustino nec laudare (quia non recte fieri potest) nec vituperare (quia etiam recte fieri potest) debemus.... Hujus namque rei definitio prudentis Sacerdotis iudicio relinquenda est. Is enim quid cuique pro ratione faciat, & conditionis, & virtutis sue profectu expediat, discreto prudenter debet. Aliis enim rarius, aliis frequentius sacra Communio concedenda est. Neque enim quia tantum sui convenienti atque sumendi copiam Dominum fidelibus concessit, idem minùs reverenter ad illam accedere debet: quandoquidem ipse Dominus, qui in lege olim tantam à filiis Israël Sanctuario, atque Arce reverentiam exhibebat, præcepit, nos in illis monebat, nos eruditibat, ut intelligeremus quid animi summisso atque devotione ad illud accedere.... debemus, qui tantum soli umbre atque figura reverentiam tribui volebat.*

## CAPUT XXXIX.

*Allatis Sanctorum monitis omnino consentanea sunt Regula virginis novem, circa S. Communionem tradita ab Illusterrimo, pariterque sapientissimo D. Guidone de Seve, Episcopo Arebasensi, in suo Decreto de die 5. Augusti 1695.*

**C**um quidam Concionator anno 1694 & 1695. 490 laxius quam par est de frequenti Communione in Diocesi A rebusi concionatus fuisse, nec ad palinodiam induci potuisse, Episcopus illi pastorali zelo vigilanterque celebratissimus, propositiones ipsius nimis laxas periculosaſque iudicans, ne fidelibus forent in scandulum, sequentes illis opposuit regulas, quibus se conformarent Concionatores Confessariique istius Dioceſeos. Eas utpote sapientissimas utilissimasque viuum est hic inferre, in confirmationem eorum, quæ diximus cap. 36. & 37.

### REGULA I.

Nimis exhortari non possumus Christianos, ut frequenter ad Communionem accedant; modò una eos exhortemur, ut non accedant nisi cum dispositionibus sanctis, quas ab its populari Ecclesia, queaque legantur in SS. Patribus, & tam accurate notantur à S. Francisco Salesio.

### I I.

Ut licet communicare frequenter, haud sufficit non esse in statu peccati mortalis, & Confessionem bonam fecisse: alioquin aliis dispositionibus opus non foret ad communicandum frequenter, quam ad communicandum raro.

### I I I.

Sunt Christiani, qui è virtutis emergunt, & virtutem exercere incipiunt. Sunt alii, qui provocatores sunt. Sunt perfecti. Juxta diversos hos status, aut rario, aut frequenter debet esse Communio.

### I V.

Eucharistia panis comparatur. Qui in ardore fribus sunt, panem non manducant. Qui à morbo convalescant, sumunt modicum. Qui valetudine sunt integrâ, ut cibo ordinario eo utiuntur.

### V.

S. Francisci Salesii sententia est, ad communicaendum octavo quoque die, requiri ut quis neque peccatum habeat mortale, neque affectum ad ultimam veniale; atque infuper ut magnum habeat communicandi desiderium. Et ista praxis esse debet sapientum Directorum, probè intelligentium ministerium suum.

### V I.

Bonus Director frequenter Communionem 491 permittere non debet iis personis, quæ meliorem

S 3